UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum usus legis humanæ per dispensationem rectorum debeat immutari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

conſuetudo,& haber uim legis,& legem abolet,& eſt legum interpretatrix.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ lex naturalis & diuina procedit a voluntate diuina vt dictum eſt.*vñ non poteſt mutari per conſuetudinem procedentē a voluntate hoīs,ſed ſolū per authoritatem diuinam mutari poſſet: & inde eſt ꝙ nulla conſuetudo uim legis obtinere pōt cōtra legē diuinā, uel legē naturalem. Dicit enim Iſidor. in ſynonymis, Vſus authoritati cedat: prauum vſum lex & ratio uincat.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſicut ſup.dictū eſt,* leges humanæ in aliquibus caſibus deficiunt. unde poſſibile eſt quandoq; præter legem agere, in caſu ſcilicet in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus:& cum tales caſus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifeſtatur per conſuetudinem, quòd lex ulterius nō eſt utilis, ſicut etiam manifeſtaretur, ſi lex contraria uerbo promulgaretur. Si autem adhuc maneat rō eadem, propter quam prima lex utilis erat, non cōſuetudo legem,ſed lex cōſuetudinem uincit: niſi forte propter hoc ſolum inutilis lex uideatur, quia non eſt poſſibilis ſecundum conſuetudinem patriæ, quæ erat una de conditionibus legis. Difficile enim eſt conſuetudinem multitudinis remouere.

Ad tertivm dicendum, ꝙ multitudo, in qua conſuetudo introducitur, duplicis cōditionis eſſe poteſt. Si enim ſit libera multitudo, quæ poſſit ſibi legem facere, plus eſt cōſenſus totius multitudinis ad aliquid obſeruandum quod conſuetudo manifeſtat, quàm authoritas principis, qui non habet poteſtatem condendi legem, niſi inquantum gerit perſonam multitudinis vnde licet ſingulæ perſonę nō poſſint condere legem, tamen totus populus condere legem poteſt. Si uero multitudo non habeat liberam poteſtatem condendi ſibi legem, uel legem a ſuperiori poteſtate poſitam remouendi, tamē ipſa conſuetudo in tali multitudine præualens, obtinet uim legis, inquātum per eos toleratur, ad quos ptinet multitudini legē imponere: ex hoc enim ipſo uidētur approbare, quod cōſuetudo introduxit.

Articvlvs IIII.

Vtrum rectores multitudinis poſſint in legibus humanis diſpenſare.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ Rectores multitudinis non poſſunt in legibus humanis diſpenſare. Lex enim ſtatuta eſt pro cōi vtilitate, ut Iſid. dicit: * ſed commune bonū non debet intermitti pro priuato cōmodo alicuius perſonæ: quia ut dicit Philoſo. in 1. Ethic.† Bonum gentis diuinius eſt quàm bonum unius hominis. ergo uidetur ꝙ non debeat [E] diſpenſari cum aliquo, vt cōtra legem communem agat.

¶ 2 Præt. Illis, qui ſuper alios cōſtituuntur, præcipitur Deuter. 1. Ita paruū audietis ut magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt: ſed cōcedere alicui, quod cōmuniter denegatur omnibus, videtur eſſe acceptio perſonarū. ergo huiuſmodi diſpenſationes face- [A] re rectores multitudinis nō poſſunt, cum hoc ſit contra præceptum legis diuinę.

¶ 3 Præt. Lex humana ſi ſit recta, oportet ꝙ cōſonet legi naturali, & legi diuinæ. aliter enim non congrueret religioni, nec conueniret diſciplinæ, quod requirit ad legē, ut Iſid. dicit:* ſed in lege naturali & diuina nullus homo poteſt diſpenſare. ergo nec etiam in lege humana.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſtol. 1. ad Cor. 9. Diſpen- [B] ſatio mihi credita eſt.

Respon. Dicendum, ꝙ diſpēſatio proprie importat commēſurationem alicuius cōmunis ad ſingula. unde etiam gubernator familiæ dr̄ diſpenſator, inquantum unicuique de familia cum pondere & menſura diſtribuit & operationes & neceſſaria uitæ. Sic igitur & in quacunque multitudine ex eo dicit̄ aliquis diſpenſare, quia ordinat qualiter aliquod commune prę- [C] ceptum ſit a ſingulis adimplendum. Contingit autem quādoque quòd aliquòd præceptum, quod eſt ad commodum multitudinis ut in pluribus, non eſt conueniens huic perſonę, vel in hoc caſu: quia uel per hoc impediretur aliquid melius, vel ēt induceretur aliquod malum, ſicut ex ſupradictis patet.* Periculoſum autem eſſet, ut hoc iudicio cuiuslibet cōmitteretur, niſi forte pp euidens & ſubitum periculū, ut ſupra dictum eſt. * [D] Et ideo ille qui hēt regere multitudinem, habet poteſtatem diſpēſandi in lege humana, q̄ ſuæ authoritati innititur, ut ſcilicet in perſonis, vel in caſibus, in quibus lex deficit, licentiā tribuat, vt pręceptū legis non ſeruetur. Si autem abſq; hac ratione pro ſola uoluntate licentiā tribuat, nō erit fidelis in diſpenſatione, aut erit imprudēs: infidelis quidem, ſi non habet intentionem ad bonum cōmune: imprudens autem, ſi rationem diſpenſandi [E] ignoret. propter quod dñs dicit Luc. 12. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quē cōſtituit dominus ſuper familiā ſuā?

Ad primvm ergo dicendū, quòd quando cum aliquo diſpenſatur, ut legem cōmunem non ſeruet, nō debet fieri in prę iudicium boni cōmunis, ſed ea intentione, ut ad bonum commune proficiat.

Ad secvndvm dicēdū, ꝙ nō

¶ *Super Quæſtionis nonageſimæ ſeptimæ Articulum quartū.*

IN titulo artic. 4. aduerte, ꝙ nō de principe ſpecialiter, ſed de rectore multitudinis, ſiue princeps ſit, ſiue non, quæſtio eſt.

¶ In corpore articuli eiuſdem aduerte duo. primo, quid ſubiacet diſpenſationi rectoris: exprimitur namq; in litera, quòd hoc eſt defectus legis in perſona, uel caſu. quando enim non eſt, nec apparet, nec dubitatur defectus legis, nulla eſt ratio licentiam tribuendi ꝙ nō ſeruetur legis præceptum, ac per hoc nulla eſt ratio diſpenſandi. Quando autem apparet ꝙ lex in hoc caſu impediret maius bonum, uel cederet in malum, & huiuſmodi, tunc deficere dicitur lex in caſu illo: unde pro ſola uoluntate non fit diſpēſatio, ſed diſſipatio. Secundo, quis rector in qua lege poſſit diſpenſare. In litera enim nihil aliud exprimitur, niſi quòd rector mul- Li.5.c.5.in fi. titudinis habet poteſtatem diſpenſandi in lege humana, quæ ſuę authoritati innititur. Et in reſponſione ad tertium in lege humana publica non poteſt diſpenſare, niſi ille, a quo lex authoritatem habet, uel is, cui ipſe commiſerit.

¶ Videtur autem mihi, ꝙ ſecluſa conſuetudine, quæ authoritatem diſpenſandi inferioribus rectoribus committit & adimit, ex hoc ipſo ꝙ aliquis conſtitutus eſt rector multitudinis, cōmiſſa quoque eſt ſibi authoritas diſpenſandi ī lege ſuperioris quo ad tria, ſcilicet, quo ad leuia, quo ad frequentia, quo ad propria. Leue autem eſt quodcunque cæteris paribus non præcepto proprie dicto, ſed ſimplici ſtatuto poſitum eſt. Non enim eſt rationi cōſonum, ut ad principem pro diſpenſatione in leui Q.96.ar.6. recurrendum ſit. Frequenter quoque occurrentibus, graue nimis eſſet ad principē Q.96.ar.6. ſæpe ualde remotum loco, uel cōmoditate recurrere, ubi lex ipſa uindicanda tādem eſſet, non ſeruanda, vt patet in lege ieiunii eccleſiaſtici, quòd crebro ſoluēdum accidit ex rationabili, ſecundum exiſtimationem ſaltem, cauſa: nec eſt rationi conſonum, ut ſemidebilis, aut uolens quis equitare, aut pedes ire ſiñe neceſſitate cogente, & putans ſe non poſſe ſeruare ieiunium, debeat ad Papam recurrere: ſed ſat uidetur, quòd arbitrio epiſcopi in aliud pium opus commutetur, ſaluo legis fine. Aequum etiam eſt, ut ea quæ ſunt ita propria alicui multitudini, quòd non redundant in communitatem totius regni, vel reipublicæ Chriſtianæ illius multitudinis rectori, qui notitiam ſpecialem

eius habet, moderanda relicta ſint: niſi forte adeo notabilis caſus ſit, ut merito ſuperior conſulendus occurrat. Vnde ſi lex ſuperioris de ciuitate ſit, cum eſſe ciuē munus ſit ita proprium huic ciuitati, ꝙ nihil ad alias ſpectet, pōt rector diſpenſare in lege illa: ſecus autem eſt de communibus, quæ ſcilicet licet hic fiant, redundant in alios ut ſi lex ſuperioris ſit de doctoratu, aut de matrimonio, cū doctor & coniunx ubique, & non in iſta tātum ciuitate munus ſuum exerceat, non ſpectat ad rectorem hui⁹ multitudinis, ſed totius diſpenſare. In quibus autē eccleſiæ legibus poſſit epiſcopus diſpenſare, non eſt præſentis negotij, ubi in communi eſt ſermo de legibus, & rectoribus.

F eſt acceptio perſonarum, ſi non ſeruentur æqualia in pſonis inæqualibus. vnde quando conditio alicuius perſonæ requirit rationabiliter, vt in ea aliquid ſpecialiter obſeruetur, non eſt perſonarum acceptio, ſi ſibi aliqua ſpecialis gratia fiat.

Ad tertium dicendum, ꝙ lex naturalis inquantum continet præcepta communia, quæ nunquàm fallunt, diſpenſationē recipere nō poteſt.
G In aliis vero præceptis, quæ ſunt quaſi cōcluſiones præceptorum communium, quandoq; per hominē diſpenſatur, puta, quòd mutuum non reddatur proditori patriæ, vel aliquid huiuſmodi. Ad legē autem diuinam in ſe habet quilibet homo, ſicut perſona priuata ad legem publicam, cui ſubijcitur. Vnde ſicut in lege humana publica non poteſt diſpenſare,
H niſi ille a quo lex authoritatē habet, vel is cui ipſe commiſerit: ita in præceptis iuris diuini, quæ ſunt a Deo, nullus poteſt diſpenſare niſi Deus, vel is cui ipſe ſpecialiter committeret.

QVAESTIO XCVIII.

De lege veteri, in ſex articulos diuiſa.

CONSEQVENTER conſiderandum eſt lege veteri.

¶ Et primò de ipſa lege. Secundò, de præceptis eius.

Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum lex vetus ſit bona.
¶ Secundò, vtrum ſit a Deo.
¶ Tertiò, vtrum ſit a Deo mediantibus angelis.
¶ Quartò, Vtrum data ſit omnibus.
¶ Quintò, Vtrum omnes obliget.
¶ Sextò, Vtrum congruo tempore fuerit data.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vrum lex vetus fuerit bona.

Inf.ar.2.ad 1 & 2. & Ro. 7.le.2.& 3. & Gal.3.le. 7.& 8.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ lex vetus non fuerit bona. Dr̄ enim Ezec. 20. Dedi eis p̄cepta non bona, & iudicia in quibus non viuēt. ſed lex non dicitur bona, niſi propter bonitatem præceptorū quæ cōtinet. ergo lex vetus nō fuit bona.

Lib.5.ca.21, in fine.

¶ 2 Præt. Ad bonitatem legis pertinet, vt communi ſaluti proficiat, ſicut Iſido. dicit:* ſed lex uetus non fuit ſalutifera, ſed magis mortifera, & nociua. dicit enim Apoſt. Ro 7. Sine lege pc̄tm̄ mortuum erat: ego autem uiuebam ſine lege aliquando, ſed cum veniſſet mandatum, peccatum reuixit. ego autem mortuus ſum. & Ro. 5. Lex ſubintrauit, ut abundaret delictum. ergo lex uetus non fuit bona.

¶ 3 Præt. Ad bonitatē legis pertinet, ꝙ ſit poſſibilis ad obſeruandum, & ſecundum naturam, & ſecundum humanā conſuetudinem: ſed hoc nō habuit lex vetus. dicit enim Petrus Act. 15. Quid tētatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorū, quod
F neque nos, neq; patres noſtri portare potuim
go videtur quòd lex vetus non fuerit bona.

Sed contra eſt, quod Apoſtol. dicit
Itaq; lex quidem ſancta eſt, & mandatum ſan
& iuſtum, & bonum.

Respon. Dicendum, ꝙ abſq; omni dubio le
tus bona fuit. Sicut enim doctrina oſtēditur
ra ex hoc, ꝙ conſonat rōni rectæ, ita etiā lex
oſtenditur eſſe bona ex hoc, ꝙ cōſonat rōni. L
autem vetus rationi cōſonabat, quia concup
tiā reprimebat, quæ rationi aduerſatur, ut pat
lo mandato: Non cōcupiſces rem proximi tu
G ponitur Exo. 20. Ipſa etiā oīa peccata prohibe
quæ ſunt cōtra rōnem: vnde manifeſtum eſt q
na erat: & hęc eſt rō Apoſt. Ro. 7. Condelector
quit, legi Dei ſecundum interiorem hominē &
rum: Conſentio legi, qm̄ bona eſt. Sed nota .106.ar.
eſt, ꝙ bonum diuerſos gradus habet, ut Diony 3.& ar.
cit 4. cap. de diu. no.* Eſt enim aliquod bonū 3.& q.
ctum, & aliquod bonū imperfectum. Perfecta ar.1.cor.
dem bonitas eſt in his quæ ad finem ordinant 3.q.42.
do aliquid eſt tale, quod per ſe eſt ſufficiens ad 2.
cere ad finem. Imperfectum autem bonū eſt, præc. &
operatur aliquid ad hoc, ꝗ perueniatur ad fin ar.5.
H tamen ſufficit ad hoc ꝙ ad finē perducat. ſicut
dicina perfecte bona eſt, quæ hominē ſanat: im
cta autem eſt, quæ hominem adiuuat, ſed tam
nare non poteſt. Eſt autem ſciendum, ꝙ eſt al
nis legis humanæ, & alius legis diuinæ. Legis præc.
humanæ finis, eſt temporalis tranquillitas ciui
ad quem finem peruenit lex cohibendo exter
actus, quantū ad illa mala quæ poſſunt pertu
pacificum ſtatum ciuitatis. Finis aūt legis diu
perducere hominem ad finē felicitatis æter præc.
quidem finis impeditur per quodcunq; pc̄tū
ſolum per actus exteriores, ſed ēt per interio
ideo illud quod ſufficit ad perfectionē legis
næ, ut. ſ. peccata prohibeat, & pœnam appo
I ſufficit ad perfectionē legis diuinæ, ſed opor
hominem totaliter faciat idoneum ad partici
nem felicitatis æternæ, quod quidem fieri non
teſt, niſi per gratiam Spiritusſancti, per quam d
ditur charitas in cordibus noſtris: quę legem
plet. Gratia enim Dei vita æterna, ut dicitur R
hanc autem gratiam lex uetus conferre nō po
reſeruabatur enim hoc Chriſto: quia ut dicitur
Lex per Moysē data eſt: gratia & ueritas per Ie
Chriſtum facta eſt. & inde eſt, quòd lex uetus
quidem eſt, ſed[d] imperfecta, ſecundum illud H
Nihil ad perfectum adduxit lex.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ dn̄s loq
ibi de præceptis cæremonialibus, quæ quidem
K nō bona, quia gratiā nō cōferebāt, per quam h
a peccato mundarentur, cum tn̄ per hmōi ſe
catores oſtenderent, vn̄ ſignanter dicitur:* Et
cia, in quibus non uiuent, i. per quæ uitā grat
nere non poſſunt. & poſtea ſubditur: Et pollu
in muneribus ſuis, i. pollutos oſtendi, cum of
omne quod aperit vuluam propter delicta ſu

Ad secvndvm dicendum, ꝙ lex dr̄ occid
quidem effectiue, ſed occaſionaliter ex ſua imp
ctione, inquantum. ſ. gratiam non conferebat
quam homines implere poſſent qđ mādabat
tare qđ vetabat: & ſic occaſio iſta non erat da
ſumpta ab hominibus. vnde & Apoſt. ibidem
Occaſione accepta pc̄tm̄ per mandatū ſeduxit
& per illud occidit. Ex hac etiam ratione dic